

VIET-CHI POST XXVII

Kal. Apr. a. MMIX

www.vovietjournal.org

vovietmailbox@vovietjournal.org

EPISTULA CCCI

DE VERIS TEMPORE

(ineditum)

Ut studia
exerces, ita
vitam vivis

“DISCERE PER VITAM”

Magistri Phan-Hoang epistularum series

DE VERE

Hodie calendae Apriles sunt. In Canada, cum ver redit, totus mundus inflammatus est, quod hiemale tempus provehitur, plurima nix e caelo delabitur, calor minimus est – decem vel viginti gradus Celsius sub zero –. Ineunte vere, humi nivem videmus, omnibus locis, in viis, in hortis, sed mox discutietur, sub sole serenoque. Canadense caelum temporis verni amo, eius immutabilem caeruleum colorem, levem aerem, nunc etiam frigidum, pingens, quod facit ut aliquid eius vastitatis sanctitatisque percipiamus. Canada ampla regio est. Canadienses quieti laetique videmur, mea sententia et ob aerem frigidum et quod rationem ut universi concorditer viveremus feliciter invenimus. Vere iuventus autocinetum velocius quam hieme vehit. Viae, ob celebritatem tubasque sonant, quod signum exeundi tibi dat, ut delectationem afferas post tam frigidum hiemale tempus. Thermopolia et tabernae in extrema Ottawa novos diversores dextere sibi comparant. Proxima hebdomade, Sancti Patricii die, Hibernia thermopolia frequentia fuerunt, dum ingens hominum agmen ad ianuas constanter manet. In emporii ByWard angulo, fistulator Hibernio habito indutus, desiderii plenos modos, omnia loca complentes, canebat. Paulisper in adverso angulo steti ut quomodo aera spiritu duceret ederetque viderem, cum fistulam caneret: subsimile erat alicuius Vietanmitae tibicinis, nam uterque illorum aeris currentis numerum sequitur. Similes artis canendi tibiae, autem, nostrae respirationis formae, i.e. quyen, sunt, quod et nobis ad aeris currentis numerum spiritus accomodandus est. Opus non est tempus aera spiritu ducendi edendique stabile esse, numerus autem servandus est, ut in musica. Spirare musica, ut mathematica, est.

Cur aliquando homines fessi sunt, primo vere? Plures aegroti, ineunte vere, moriuntur, quam hiemali tempore, ut scimus. Respondeo: maturitates temporum rerum naturae cursum sequuntur, dum nostra omnium dierum opera multas ob causa, una cum nostra vitae

ratione, vetant nos corpora animosque ad rerum naturam accomodare. Proximo die Veneris Ottawae in Pagoda TU-AN, discipulos docuit se accomodare ad maturitates temporum quibusdam rationibus exercitationibusque. Postridie in proximos hortos ii, ut me exercerem sub vetustissimo arbore, ut videtis in tabulis additis. Arbor modum arbor est, si trans primam speciem non vides. Arbor autem multa dicturus et multa docturus est, si oculos, animos mentesque aperimus. Nam testis integer erit vestrae exercitationis vestrique spiritus, si fortiter aut leviter resonaverit inter ramos frondosos truncumque. Cum exercitationem ad finem adduxi, me esse apud vetustum Magistrum Arborem gavisus sum. Ille se vivere quod utilis sit omnibus, me docuit. Narravit quoque cur ita crevisset: quod suos ramos se composite collocare ut ad nimbos duraret iusserat. Me quoque docuit de terra, de sole, de venti, de nive, de foliorum colore etc. Laetissimus fui.

Laetitia communicanda est nobis cum aliis, dum velis vacuusque sis. Quam ob rem communicaturus vobiscum exercitationes illius diei, sub umbra MAGISTRI ARBORIS, i. e. Quattor motus “Bai TIEP-XUAN” (VER) (vide tabulas). Si aliquando ad MAGISTRUM ARBORUM advenies, cum exerceas istam formam, aliquid, quod in intelligentiam communem non cadit, senties intellegesque .

Mitte, si vis, interrogationes ad email
vovietmailbox@vovietjournal.org

Laetus sis verni temporis!
Phan-Hoang, Ottawa d. 25 m. Mart. a. 2009
(tabulae: Bai TIEP-XUAN)

VIET-CHI POST – Bai TIEP-XUAN

INSCRIPTIO: Bai TIEP-XUAN / VER (Se ad veris tempus accomodare)
(Inscriptio integra: Bai TIEP-XUAN KHAI-QUAN /Roboris fontes vitales vere aperire)
ORIGO: VIET-KHI-PHAP in VIET-CHI serie

INDICIA: Doctrinam consiliumque Magistri Hai-Thuong (ca 1788) secutus sum

DESCRIPTIO: Quattuor sunt formae Bai TIEP-XUAN motus:

I-KHOI-A

II-TUOI-DAO

III-KHAI-QUAN

IV-PHI-YEN

Quattuor motus tibi singulatim novies exercendi sunt. Ad postremum identidem exercitaturus quattuor motus sine ulla intermissione, ut breve Quyen

EXPLETIO: “Bai TIEP-XUAN” forma ad verni tempus apta est. Quyen ad aestiva tempora, ad tempus autumnni et brumale nomina sunt “Bai VO-HA”, “Bai CHO-THU”, “Bai CHUAN-DONG”

MOTUS I - KHOI-A /Vim sonumque nativos augere





(persecutus sum in THE VIET-CHI POST XXVIII)

